



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

357. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

DE ECCLES. DISCIPLINIS. 165
famiis Ecclesiæ ad condemnationem suam
facere non præsumant. Impium est enim ut
qui res suas Ecclesiæ Christi non contulerit,
damnum inferat. Tales igitur libertos succes-
sor Episcopus absque aliqua oppositione ad
jus Ecclesiæ revocabit. [*Vide Concilium His-
pal. 1. c. 1. & 2. & Concil. Emerit. c. 20.*]

De eadem re. *Ex eodem Concilio.*

CCCLVII. Episcopus qui mancipium
juris Ecclesiæ, non retento ecclesiastico pa-
trocinio, manumitti desiderat, duo meriti
ejusdem & peculij coram concilio Ecclesiæ cui
præminet per commutationem subscribenti-
bus sacerdotibus offerat, ut rata & justa inve-
niatur definitio commutantis. Hujusmodi au-
tem liberto adversus Ecclesiam cujus juris
extitit accusandi vel testificandi denegetur li-
centia. Quod si præsumpserit, placet ut stante
commutatione in servitutem propriæ Ecclesiæ
revocetur.

Concil. Tolet.
4. c. 68.
Burchard. lib.
3. c. 176.

De libertis Ecclesiæ. *Ex eodem Concilio.*

CCCLVIII. Liberti qui à quibuscun-
que manumissi sunt, atque Ecclesiæ patroci-
nio commendati sunt, sacerdotali defensione
à cujuslibet insolentia protegantur, sive in sta-
tu libertatis eorum, seu in peculio quod habe-
re noscuntur.

Concil. Tolet.
4. c. 72.
Burchard. lib.
3. c. 186.

De thesauris ecclesiasticis. *Ex Capitularium
lib. 1. titulo CXVII.*

CCCLIX. Ut singuli Episcopi, Abba-
tes, & Abbatissæ diligenter considerent the-
sauris ecclesiasticis.

lib. 1. Capi-
tular. c. 123.